

sunt, de quibus postea plura erunt dicenda. De rebus autem potissimum hoc loco nobis erit sermo. Diximus autem, sequestrationem fieri, quum ex eo, quod quid sit penes alterum contendentium, alter sibi metuit periculum<sup>b)</sup>. Ideoque intelligitur, in omni sequestratione rerum, alterutrum contendentium, aut rem, quae sequestratur, iam possidere<sup>c)</sup>, aut certe mox possessurum esse, aut de ipsa possessione inter vtrumque contendendi<sup>d)</sup>. Fieri autem dupliciter potest, ut huic metui periculi ex possessione alterius imminenti occurratur;

E 2

pri-

ibique n. 434. mentio facta est huius sequestrationis, et sententia definitiua n. 786. adiecta. Ipse quoque CLVDIVS huic responso subscripsit n. 530. BOEHMER in *Iure Ecclesiast. Protest. Tom. 1. Lib. 2. Tit. 17. §. 4-7.* SAM. DE COCCEII HENR. filius in *Iure Controu. ad Tit. D. depositi qu. 21. n. 4.* negat, personas sequestrari posse. Non tamen huc spectat c. *si hominem 7. pr. D. depositi*, in quo non de libero homine, sed de seruo sermo est, qui homo ibi VLPIANO, ut saepe in libris nostris, simpliciter dicitur. Seruus autem omnino potest deponi, de quo legi debent, quae sunt in c. *depositum est. 1. §. si quis seruum 2. D. depositi.*

b) id quod multis locis iuris nostri probatur, veluti c. *si cum dotem 22. §. sui autem 8. D. Solutio matrim. c. im-*

*peratores 21. §. ult. D. de adpellat. et relat. c. ab exsequutione 5. C. Quorum adpellat. non recip.*

c) Vid. cit. c. 22. §. 8. D. *solutio matrimonio* et c. *ex litteris 2. X. de dolo et contum.* Quo posteriori loco de sequestratione ob contumaciam rei sermo est, de cuius usu practico hodierno differit BOEHMER *Iur. Ecclesi. Protest. Tom. 1. Lib. 2. Tit. 17. §. 2. p. 1160.* Non tamen ita facile, si quis in possessione est, sequestratio fieri solet, ob metum armorum, quippe cui potest mandatis poenalibus occurrere. Vid. ERNESTI COTHMANI *Respons. Iuris Vol. 3. R. 35. n. 127. conf. c. ad hoc 1. X. de sequestr. possess. et fruct.*

d) cit. c. 5. C. *Quor. adpell.* Vid. COTHMANN. *Vol. 2, Resp. 96. n. 99.*